Le Siége de Tournay, par M. (JACQUES AUGUSTE) DE LA MORLIERE, *Chevalier de l'Ordre de Chriſt.* S. l. 1745. 12. — de la Morliere.

Capitulation de la Citadelle de Tournay. à Tournay 1745. 4. — Capitulation.

Relation de la priſe de Gand. S. l. et a. 4. — Relation.

Mandemens. *Mandemens de M. l'Archevêque de Paris, au ſujet de la priſe de Tournay, Gand, Dendermonde, Oudenarde, Oſtende, Nieuport.* à Paris 1745. 4.

Pièces etc. *Pièces concernant la deſtination des garniſons qui ont defendu Tournay et Dendermonde.* S. l. et a. 4.

(de Voltaire) Hiſtoire. *Hiſtoire de la guerre de* 1741 *(par M.* FRANÇOIS MARIE AROUET DE VOLTAIRE). à Amſterd. 1755. II Voll. in 12. Et in *eiusdem* operibus ſaepius. — Incipit hiſtoria, forma ſtiloque huius ſcriptoris notiſſimo, inde ab obitu Caroli VI Imperatoris, continuata usque ad proelium Fontanienſe a. 1745. Additur narratio de rebus Genuenſibus a. 1746 et 1747. Ineſt quoque epitome huius hiſtoriae eiusque continuatio usque ad annum 1756 in eiusdem auctoris *Eſſai ſur l'hiſtoire générale du Siècle de Louis XIV* (1756. 8.).

Cf. DE FONTETTE T. II. p. 619.

Rouſſeau. *Campagnes du Roi en* 1744 *et* 1745; *par l'Abbé* ROUSSEAU. à Paris 1745. 12.

Relation. *Relation de la bataille de Fontenay.* S. l. 1745. 4. — Largam ſegetem ſcriptorum ſuper hocce proelio nobiliſſimo cum oratione ſoluta, tum ligata compoſitorum, inter quae eminet VOLTAIRII carmen, centies typis repetitum, materies ſimul aliorum libellorum, recenſet FONTETTVS T. II. p. 619. T. IV. p. 424.

Conquêtes. *Conquêtes des Pays-Bas par le Roi, dans la Campagne de* 1745, *avec la priſe de Bruxelles en* 1746. à Paris 1747. 12.

d'Eſpagnac. *Campagne du Roi en* 1745; *par M.* D'ESPAGNAC. S. l. et a. 8.

(de St. Denis) Voyage. *Voyage fait au camp devant Fribourg; par MM.* F. et D. (M. DE ST. DENIS). à la Haye 1745. 12.

Sièges etc. *Siéges et Campagnes de M. le Maréchal de Saxe dans les Pays-Bas (depuis* 1746). à Amſt. 1751. 12.

Aſca-

Aſcanius, ou le jeune Avanturier: Hiſtoire véritable, contenant un Récit très-circonſtancié de ce qui eſt arrivé de plus ſecret et de plus remarquable au Prince Charles Edouard Stuart, dans le Nord de l'Ecoſſe, depuis la Bataille de Culloden donnée le 16 Avril 1746, juſqu'à ſon débarquement arrivé le 13 Septembre de la même année; traduite de l'Anglois et augmentée de Remarques hiſtoriques. à Lille 1749. 12. — Ineſt diarium hiſtoricum, quo expeditio iſta, Francogallorum ope ac conſilio peracta, accurate ſatis exponitur. Multa alia ſcripta eo ſpectantia enumerat FONTETTVS T. II p. 620. Aſcanius etc.

Recueil de Pièces qui ont paru depuis le paſſage de Charles Edouard en Ecoſſe. S. l. 1746. 8. Recueil.

Journal hiſtorique de la dernière campagne de l'Armée du Roi en 1746. Ouvrage enrichi de Plans et d'une Carte du Brabant, pour l'intelligence de ſes poſitions; par M. le Chevalier D'ESPAGNAC, *Brigadier des Armées du Roi.* à Paris 1747. 8. — Opus, ſub auſpiciis conſiliisque Comitis *Mauritii de Saxonia*, quo duce bellum iſtud geſtum, elaboratum. d'Eſpagnac.

Hiſtoire des Campagnes de M. le Maréchal de Maillebois en Italie, pendant les années 1745 *et* 1746 *(avec les Pièces juſtificatives); par M. le Marquis* DE PEZAY. à Paris 1774. III Vol. in 4; et I Vol. in fol. quo tabulae aeneae LXXXIII comprehenduntur. — Volumen primum continet verſionem Francogallicam commentariorum perelegantium *Caſtrucii Bonamici* de bello Italico *(Lugd. Bat.* 1750. 8.), cum annotationibus interpretis, e quibus haud raro elucet animus contradicendi pertinax, aequitate ac moderatione auctoris, qui exercituï Gallorum et Hiſpanorum iunctim in Italia militanti interfuit, de Pezay.

non

verſionibus Latina, Italica, Hiſpanica et Anglica. S. l. 1749. 8.

(de Gennes) Mémoire etc. *Mémoire pour le Sieur (Mahé) de la Bourdonnaye, avec les Pièces juſtificatives.* à Paris 1751. 4. ſ. III Voll. in 12. — Memorabilia, ad hiſtoriam obſidionis urbis Madras a. 1746 in primis pertinentia, inde ab a. 1735 usque ad a. 1750 narrantur a cauſſarum patrono Pariſienſi, PETRO DE GENNES, mortuo a. 1759.

Cf. DE FONTETTE T. II. p. 622.

Lettre. *Lettre à M. de *** ſur le Mémoire du Sieur de la Bourdonnaye.* S. l. et a. 4.

Hordret. *Mémoire pour le Sieur de la Gatinais Capitaine de Vaiſſeau dans les Indes, détenu au Château de la Baſtille (en faveur de M. de la Bourdonnaye); par M.* HORDRET, *Avocat.* S. l. et a. 8.

Elargiſſement etc. *Elargiſſement de M. de la Bourdonnaye, retenu à la Baſtille.* S. l. et a. 4.

le Rouge. *Recueil des Siéges et Batailles, pour ſervir à l'Hiſtoire des guerres de 1741; par le Sieur* LE ROUGE. . . *Seconde Edition augmentée.* à Paris 1754. LIII plagulae in fol mai.

Mémoire. *Mémoire contenant le Précis des Faits avec leurs Pièces juſtificatives, pour reponſe aux obſervations envoyées par les Miniſtres d'Angleterre dans les Cours de l'Europe.* à Paris 1756. 4. — Opus magni momenti ad cognoſcendum ortum belli inter Francogallos et Anglos an. 1756.

Dupleſſis. *La Priſe de Mahon et de ſes Forts; par D.* STANISLAS DUPLESSIS. S. l. 1756. 4

Journal. *Journal hiſtorique de la Conquête de l'isle de Minorque.* S. l. 1756. 12.

Goudard. *Journal de la conquête de Port-Mahon; par M. le Chevalier* ANGE GOUDARD. S. l. 1756. 8.

Recueil. *Recueil général des Pièces, Chanſons et Fêtes données à l'occaſion de la priſe du Port-Mahon; pré-*

précédés d'un Journal historique de l'expedition de l'isle Minorque et du Siége du Fort Saint Philippe par les François. à Paris 1756. 8.

*Lettre à Madame de ***, ou Réflexions sur la conquête de Minorque; par M.* J. B. PASCAL. S. l. et a. 12. Pascal.

Lettre d'un Negociant à un Milord sur Port-Mahon; par M. JEAN MATHURIN MAZEAS *Professeur au Collége de Navarre.* à Paris 1756. 12. Mazeas.

Le Siége de Mahon, ou la Fureur Angloise, Roman historique; par l'Auteur D. P. B. S. l. 1757. II Partes in 12. D. P. B.

Ob minorem fortissimamque Balearium a Gallis expugnatam, Musarum epinicia: accesserunt Arcis Philippeae generalis oppugnatio eiusque dedendae pacta, Italico atque Latino idiomate exarata; Corollarium ad bina L. Licinii Glauci, utriusque insulae prolegati et Seviri equitum Romanorum Elogia illustranda; Parerga, quibus carminum, notarum et argumentorum rationes firmantur, auctore ANTONIO JOSEPH Comite A TURRE, Rezzonici Patricio etc. *Parmae* 1757. 4. Comes a Turre.

Alios libellos huc spectantes vide supra Vol. VI. P. I. p. 209.

Pièces originales et procédures du procès fait à Robert François Damiens, tant en la Prevôté de l'Hôtel qu'en la Cour de Parlement. à Paris 1754. 4. f. IV Voll. in 12. Pièces etc.

Table de matières contenues dans le Procès de Robert François Damiens. S. l. et a. 12. Table etc.

Copiam sat largam aliorum libellorum facinus Damiensii spectantium enumerat FONTETTVS T. II. p. 623 sq.

Eclaircissemens présentés au Roi par le Maréchal d'Estrées. à Paris 1759. 12. Insunt observationes super proelio circa Hastenbeccam a. 1757 com- Eclaircissemens.

commiſſo, quo Francogalli caeſi evaſerunt. Quae calamitas in culpam Mareſchalli de Maillebois verſa poenas huic attulit ſat graves.

(Seran de la Tour) Parallèle. *Parallèle de la conduite des Carthaginois à l'égard des Romains, avec celle d'Angleterre à l'égard de la France; (par M. l'Abbé* SERAN DE LA TOUR. à Paris 1757. 12.

Arcere. *Journal hiſtorique au ſujet de la tentative de la Flotte Angloiſe, ſur les côtes de l'Aunis en* 1757; *par le P.* LOUIS ETIENNE ARCERE, *Prêtre de l'Oratoire.* à la Rochelle ſ. a. 4.

Correſpondance. *Correſpondance particuliére hiſtorique du Maréchal Duc de Richelieu en* 1756, 57 *et* 58 *avec M. Paris du Verney, Conſeiller d'état, ſuivie de Mémoires relatifs à l'expedition de Minorque en* 1756, *et précédée d'une Notice hiſtorique ſur la Vie du Maréchal.* à Paris 1789. II Voll. in 8.

Correſpondance du Cardinal de Bernis avec M. Paris du Verney depuis 1752—1762. à Paris 1790. II Tomi in 8. — Maximam partem hae litterae datae ſunt Venetiis, ubi Berniſius ab a. 1752 usque ad a. 1755 orator regius fuerat, aliae poſt eius deceſſum ab adminiſtratione regni. Sunt fere omnes familiares, perpaucae res ſpectant publicas. Multae, ad intelligentiam exhibitarum neceſſariae, omiſſae videntur. Nonnulla hinc inde ad hiſtoriam belli ſeptennis illuſtrandam occurrunt. Praefatio brevem vitae Berniſii continet adumbrationem usque ad a. 1769, quo Romam, ubi adhuc vivit, mittebatur. Inſunt narratiunculae, quarum veritas hiſtorica ſuſpecta videtur.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1791. T. III. p. 141 ſqq.

Parallèle. *Parallèle de la conduite du Roi, avec celle du Roi d'Angleterre ſur la rupture de la capitulation de Cloſter-Seven.* à Paris 1758. 8.

Hiſtoire

Hiſtoire de la campagne de 1757 *juſqu' au premier Janvier* 1759; *par M.* FRANÇOIS ANTOINE CHEVRIER. S. l. 1759. IV Partes in 8. Chevrier.

Journal hiſtorique de la campagne du Capitaine Thurot, ſur les côtes d'Ecoſſe et d'Irlande, en 1757 *et* 1758 *(par M.* TASSIN). à Dunkerque (ſ. potius *à Paris)* 1759 et 1760. 12. (Taſſin) Journal.

Lettre du Maréchal DE BELLE-ISLE *à M. de Contades.* à la Haye 1759. 12. de Belle-Isle.

Relation de la Bataille navale de 1759; *par M.* (CHARLES LOUIS) D'AUTHVILLE, *Lieutenant-Colonel des Grenadiers Royaux.* S. l. 1760. 4. d'Authville.

Hiſtoire de la guerre contre les Anglois depuis 1749 *juſqu' à préſent, (par M.* POULLIN DE LUMINA). à Genève 1759. II Voll. in. 8. (Poullin de Lumina) Hiſtoire.

Journal de la campagne de 1760, *ſous les ordres de M. de Broglie.* à Francfort 1761. 4. Journal.

Deviſes et Inſcriptions pour la décoration des quatres Façades de la Statue équeſtre que la Ville de Paris ſe propoſe d'ériger à Sa Majeſté; par M. DU GARDEIN DE VILLEMAIRE. S. l. 1760. 4. de Villemaire.

Lettres d'un Particulier à un Seigneur de la Cour, ou Obſervations Irénaïques ſur la ſcience metallique et le ſtyle lapidaire, et en particulier ſur les deux inſcriptions propoſées, et actuellement tracées ſur le plâtre, à la Place de Louis le Bien-aimé. à Avignon (ſ. potius *à Paris)* 1765. 8. — Sunt epiſtolae tres, auctore Abbate GOURNÉ. (Gourné) Lettres.

Le Chef-d'oeuvre en politique, ou Projets pour la campagne de 1761. S. l. et a. 12. Le Chef-d'oeuvre etc.

Journal de la défenſe de Caſſel en 1762, *redigé par M.* AUGUSTE J. FR. ANT. DE LA BROUE, *Baron* DE VAREILLES, *Officier d'Artillerie.* S. l. 1763. 12. de Vareilles.

Teſtament politique du Maréchal de Belle-Isle (par M. D. C.). à Amſterd. (ſ. potius *à Paris)* (D. C.) Teſtament etc.

1761. 8. — Liber ſuppoſititius, cuius auctor fertur FRANC. ANTONIUS DE CHEVRIER († 1762). Nihilo minus inſunt varia lectu digniſſima, praecipue expoſitio de naevis Francogalliae iſtius temporis politicis ac de redituum publicorum incommodis, conſiliaque, quibus illis mederi poſſit.

Codicille etc. *Codicille et Eſprit, (ou) Commentaire des Maximes politiques du Maréchal de Belle-Isle; (par M. D. C.).* à la Haye 1762. 8.

Vie politique etc. *Vie politique et militaire de M. le Maréchal Duc de Belle-Isle, publiée par M.* D. C. à la Haye 1762. 8.

Journal. *Journal du Siége de Belle-Isle.* S. l. 1761. 12.

Lettres. *Lettres ſur la paix, à M. le Comte de * * *.* à Lyon 1763. 8.

Donjon. *Eloge du Roi; par M. l'Abbé* DONJON *(Docteur en Theologie, Principal du Collège de la Flèche).* S. l. 1763. 8.

Recueil. *Recueil de toutes les pièces intéreſſantes publiées en France, rélativement aux troubles des Parlemens; avec des obſervations critiques et hiſtoriques des pièces nouvelles et une table raiſonnée.* à Paris 1771. II Voll. in 12 mai. — Non ſolum edicta regia, cauſſam illam decantatam Parlamentorum Francicorum tangentia, ſed etiam libelli et cenſurae varii generis ſuper eadem effuſae in hac collectione conſpiciuntur.

Cf. (HALLERVS in) *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1772. *Zugabe* p. CLIX.

Journal hiſt. *Journal hiſtorique de la revolution opérée dans la conſtitution de la monarchie Françoiſe par M. de Maupeou.* à Londres 1775. II Voll. in 12 mai. — Opus ad res iſtius aevi penitius cognoſcendas maxime neceſſarium. Diarium ipſum incipit a d. 27 m. Novembris a. 1770. definitque in fine

fine a. 1772. Cancellarii de Maupeou artes pravae candide ac liberrime exponuntur atque notantur.

Cf. (*idem*) ibid. 1775. p. 1214 sqq. 1271 sq.

Correſpondance ſecrete et familière. S. l. 1771. 8 mal. — Et ex hac collectione machinationes Cancellarii de Maupeou adverſus ſalutem regni publicam clariſſime elucent. Praeter commercium epiſtolarum Cancellarii et Parlamenti novi, et ab eodem conſtituti ſocii, qui *Sorhouet* appellatur, exhibent atroces contra Cancellarium ſcriptiones, quibus tituli: *Le Maire du Palais; Lettre d'un homme à un autre homme; Remontrance de la Bazoche; la Chancelliere.* Correſpondance.

Cf. (*idem*) ibid. a. 1772. p. 613 sq.

Maupeouana, ou Correſpondance ſecrete et familière du Ch. de M. (Maupeou) avec ſon coeur, Sorhouet. S. l. 1775. II Voll. in 12. — Eſt continuatio collectionis modo memoratae. Maupeouana.

Cf. (*idem*) ibid. a. 1775. *Zugabe* p. CCCXLVII sq. CCCLXI sq.

Orationes funebres in obitum Ludovici XV enumerantur in FONTETTI Bibliotheca T. IV. p. 425.

B. *Scriptores recentiores.*

Abrégé de la vie de Louis XV, Roi de France et de Navarre, expliquée par des Médailles, par LUCHAIRE CHARLES FREDERIC GLAFEY. à Leipzig 1749. fol. — Auctor, puer duodecim vix annorum, ex collectione patris ea ſelegit numiſmata, quae res Francicas Ludovico XV regnante geſtas ſpectant atque illuſtrant, illaque deſcripſit et hiſtoriam qualemcunque ſecundum eadem delineavit. Glafey.

Caraccioli. *Dialogue entre le Siècle de Louis XIV et le Siècle de Louis XV; par M.* CARACCIOLI. à la Haye (ſ. potius *à Paris*) 1751. 12.

Cf. *Mercure de France* a. 1751. Jun.

de Voltaire. *Précis du Siècle de Louis XV; par M.* DE VOLTAIRE; *ſervant de ſuite au Siècle de Louis XIV, du même Auteur.* T. I et II. à Genève 1770. 12. min. *à Dresde* 1770. II Voll. in 12. Et antea iam cum nonnullis editionibus ſaeculi Ludovici XIV (v. ſupra Vol. VIII. P. II. p. 259). Poſtea in Voltarii operibus. *Theotiſce*, ſed male, *Francof. et Lipſ.* 1770. II Partes in 8. *Anglice* Londini 1770. 8. — Sunt bona mixta malis, ut in aliis huius ſcriptoris nobiliſſimi operibus. Narratio dictioque vix imitabilis, elegans, ingenioſa prorſusque egregia: at quoque pruritus lectoribus placendi, veritati hiſtoricae haud raro obnoxius. Deeſt libro, lectu digno utique, iuſta in tractandis rebus memorabilibus menſura. Priores enim anni regis Ludovici XV quinque et viginti occupant paginas tantum ſexaginta vel ſeptuaginta: reliqui eiusdem fere numeri anni vaſtum ſpatium ſubſequens. Ex quo elucet, res plures haud parvi momenti eſſe neglectas aut penitus omiſſas. Omnia inde ab a. 1740 melius ac praeſtantius ſuccedunt ordineque curatiore ſeſe commendant. Admixta hinc inde videas memorabilia aliorum regnorum, v. c. Portugaliae, minime ad hiſtoriam Ludovici XV pertinentia; quoniam auctor non ſolum hiſtoriam huius regni gentisque Francogallicae, ſed aevum illius deſcribere voluit, quem ſcopum et in hiſtoria Ludovici XIV ſecutus eſt.

Cf. (HALLERVS in) *Götting. gel. Anzeig.* a. 1769. p. 1030.

(MEU-

(MEUSEL in) *Betracht. über hiſt. Schriften* T. I. p. 100 —117. T. II. p. 35 ſqq.

Eloge de Louis XV etc. Par M. de V. (VOLTAIRE). à Ferney et Berlin 1774. 8. — Adulatorem agit Voltarius repetitque maximam partem, quae in opere praecedente fuſius expoſuerat. Appendix ſubiuncta *de la mort de Louis XV et de la Fatalité* inſitionem variolarum, quibus rex iſte ſuccubuit, graviter commendat. (Voltaire) Eloge.

Cf. *Fortgeſ. Betracht. über hiſt. Schriften* T. II. p. 248 ſqq.

Vie privée de Louis XV, ou principaux évènemens, particularités et anecdotes de ſon règne. à Londres 1781. IV Voll. in 8. — Quisquis demum auctor huius operis ſit,*) pro certo habemus, probe inſtructum rebus in Francogallia, praecipue in aula regia, geſtis illum fuiſſe, occaſionemque eundem habuiſſe, perſonis illuſtribus ac muneribus publicis ornatis familiariter utendi, eoque notitiam rerum, in vulgus haud notarum, nanciſcendi. Liber ipſe plus habet in nigro, quam in rubro. Non ſolum enim vita regis domeſtica, ſed etiam res vel ab eo ipſo vel per alios publice geſtae exponuntur. Viri foeminaeque, cum bene tum male celebres, vivis et haud raro nigerrimis pinguntur coloribus. De rege ipſo traduntur narratiunculae, memoriam eius teterrime infamantes. Nec obſcoena deſunt, nec manifeſto falſa. Hiſtoria ducitur primo inde à regimine Ducis Aurelianenſis usque ad Ducis Burbonii adminiſtrationem regni; deinde usque ad res per Fleurium Cardinalem peractas; poſt ab huius obitu Vie privée de Louis XV.

*) Vix haec verba ſcripſeramus, quum certiores facti ſumus, auctorem audiſſe D'ARNOUX LAFFEMAS, de quo in notitia ſubſequente.

usque ad mortem concubinae regiae, quae vocatur Pompadour; denique usque ad regis deceſſum. Singulis tomis ſubiiciuntur chartae varii generis antea vel ineditae vel rarae, magni ac parvi momenti.

Cf. MEUSELII *Hiſtoriſche Litteratur* a. 1782. T. I. p. 119—130. 205—211.

Arnoux Laffrey. *Siècle de Louis XV, contenant les événemens qui ont eu lieu en France et dans le reſte de l'Europe, pendant les cinquante-neuf années du regne de ce Monarque; des Anecdotes ſecretes de ſa vie privée, et quelques pièces fugitives ou rares manuſcrites, qui ont paru en différentes circonſtances; ouvrage poſthume* D'ARNOUX LAFFREY; *publié par* P. A. L. MATON (DE LA VARENNE). à Paris 1796. II Voll. in 8. — Eſt metamorphoſis operis proxime praecedentis, cuius auctor, diu deliteſcens, hac occaſione detegitur. Fuit is filius mercatoris, natus Vapinci in Delphinatu d. 19 m. Sept. a. 1735. Sacerdos creatus, totum ſe vovit litterarum ſtudiis. Itinera per omnem fere Europam inſtituens, in Germania Principi Friderico Salma-Kyrburgenſi innotuit, a quo plures per annos liberaliter nutritus, magnamque vitae partem cum eodem Pariſiis peragens, ibidem mortuus eſt die ſuo natali a. 1794, moerore exhauſtus ob iniuſtam gladii poenam, qua tyranni iſtius temporis Pariſini patronum eius afferunt. Editor operis, de quo referimus, affirmat, auctorem ipſum librum ſuperiorem, qui inſcribitur: *Vie privée de Louis XV*, denuo correxiſſe et mutaviſſe haud pauois in locis. Jure meritoque editor haec in fronte operis ponere debuiſſet, ne emtores in errorem inducerentur novumque prorſus opus, quod non accurate ſatis poſthumum appellatur, ſe emiſſe crederent.

rent. Addidamenta nova raro occurrunt, nec haec ipsa valde memorabilia videntur: passim vero narratio contracta apparet. Documenta singulis voluminibus operis superioris subiuncta in editione nova desiderantur, licet eius epigraphe eadem promittat. Editoris notulae litterariae hinc inde adspersae, paucas si excipias, facile abesse poterant.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1796. T. IV. p. 105 sqq.

Fastes de Louis XV.

Les Fastes de Louis XV, de ses Ministres, Maitresses, Généraux et autres notables Personnages de son Règne. à Ville-Franche 1782. II Voll. in 8 mai. *Theotisce* hac epigraphe, *Jahrbücher Ludwigs des 15ten* etc. Lipsiae 1785. 8. Eadem versio venditur ut quinta pars operis modo commemorati: *La Vie privée* etc. Interpres nimirum ea solum, quae nova ac memoratu digna sibi viderentur, extraxit et sic ex duobus archetypi voluminibus unum confecit. Auctor certe nobis ignotus opere modo descripto ita usus est, ut multa ibi tradita saepe iisdem verbis repeteret vel sine vel cum eius mentione. Eodem modo Voltarii aliorumque libros in usus convertit suos, passim satis inepte. Pauca huic compilatori propria, et vel haec haud raro e trivio petita videntur. Omnia per capita XLII sunt dispertita.

Cf. MEUSELII *hist. Litt.* a. 1783. T. I. p. 352—365.
Allgemeine teut. Bibl. T. LXVI. p. 153 sqq.
Allgem. Litteraturzeit. a. 1785. T. III. p. 150.

des Odoards-Fantin.

Nouvel Abrégé chronologique de l'histoire de France, contenant les événemens de notre histoire par le Président Hénault; continué depuis la mort de Louis XIV jusqu' à la paix 1783; *par* ANTOINE ETIENNE NICOLAS DES ODOARDS-FANTIN, *Vicaire général d' Embrun.* à Paris 1788. II Voll. in 12 mai.

mai. — Auctor, licet non feliciſſime, tamen feliciter aſſecutus eſt exemplar ſibi propoſitum. Aequitati ac moderationi, et in rebus religioſis, litaſſe videtur. Nimis multa de rebus exteris immiſcuit, quibus hic locus non ſatis aptus fuit, et in quarum commemoratione auctor paſſim titubavit, nominaque hominum atque locorum vitioſe admodum expreſſit.

Cf. *Götting. gel. Anzeigen.* a. 1789. p. 279 ſq.
Goth. gel. Zeit. a. 1789. *Ausländ. Litt.* p. 153 ſq.

Eiusdem *Hiſtoire de France, depuis la mort de Louis XIV juſqu' à la paix de Verſailles de* 1783. à Paris 1789. VIII Voll. in 12 mai. — Hoc opus ulteriorem amplioremve expoſitionem modo memorati ſiſtere videtur. Annalium certe formam chronologicam anxie, ut ita dicamus, prae ſe fert. Id quod condonandum quidem foret auctori, niſi et huic operi intexuiſſet multitudinem rerum a hiſtoria patriae prorſus alienarum. Favor nimius in populares, aliis gentibus ſaepe infeſtus, ubique fere elucet, ut et minutiarum cura. Quibus vitiis ſepoſitis, opus utique lectu dignum atque commendabile videtur. Deſcriptio enim bellorum, a Francogallis iſto aevo geſtorum, pactorum cum aliis populis initorum, rerumque domeſticarum ratione commerciorum, redituum, religionisque, ingenium litteris cultum minimeque vulgare prodit. Caeterum monendum, opus non integrum, ut auctor illud elaboraverat, in lucem prodiiſſe publicam. Cenſor enim, ut Fantinus in libro poſtea indicando dolet, iſtud, antea quam typis mandaretur, miſere truncavit, ſecando quae ſibi nimis libere dicta viſa fuerint.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1790. T. III. p. 385—389.
Gothai-

Gothaiſche gel. Zeitungen a. 1790. *Ausländ. Litter.* p. 307 ſq.

Memoiren eines Zeitgenoſſen des Regenten von Frankreich. Riga 1794. 8. — Teſte interprete nobis ignoto, liber hicce eſt epitome fabulae Romanenſis, eo tempore, quo Dux Aurelianenſis Franciam rexerat, quatuor voluminibus compoſitae, cuius prima tantum pars exhibetur. Abhorret igitur liber ab hiſtoria vera, quam titulus quaſi innuit. Archetypum nos fugit; nec interpres quidquam de eo refert. Memoiren etc.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1794. T. IV. p. 492. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. XXVI. p. 528 ſq.

Campagnes de Louis XV; ou Tableau des Expéditions militaires des François, ſous le dernier règne, précédé de l'état de la France à la mort de Louis XIV. Ouvrage enrichi de Cartes, de la vue des Villes aſſiégées, du plan des batailles et des portraits des Généraux célèbres, et deſtiné à faire ſuite aux Campagnes de Condé, de Luxembourg, de Turenne etc. à Paris 1789. II Tomi in fol. mai. Campagnes de Louis XV.

Monumens erigés en France à la gloire de Louis XV, précedés d'un Tableau du progrès des Arts et des Sciences ſous ce regne, ainſi que d'une Deſcription des Honneurs et des Monumens de gloire accordés aux grands Hommes, tant chez les Anciens, que chez les Modernes: Et ſuivi d'un choix des principaux Projets qui ont été propoſés, pour placer la Statue du Roi dans les différens quartiers de Paris: par M. (PIERRE) PATTE, *Architecte de S. A. S. Mgr. le Prince Palatin, Duc règnant de Deux-Ponts. Ouvrage enrichi des Places du Roi, gravées en Taille-douce.* à Paris 1765. fol. Cum LVII tab. aen. — Quae inſcriptio operis promittit, gnaviter ab auctore praeſtita exhibentur. Praemiſſa enim adumbratione fatorum litterarum artiumque ele- Patte.

gantiorum aeque ac mechanicarum, quas dicunt, in Francogallia Ludovico XV regnante, ac dissertatione de honoribus, viris illustribus aevi antiqui ac recentioris decretis, duabus partibus monimenta omnis generis, v. c. statuae in gloriam regis erectae, numi eundem in finem cusi, recensentur atque repraesentantur.

Cf. GATTERERI *Allgemeine hist. Biblioth.* T. IX. p. 225—264.

Galerie etc. *Galerie des Aristocrates militaires et mémoires secrets.* à Londres *et se trouve* à Paris 1790. 8. — Ne sub aristocratiae deditis, quos titulus innuit, optimates, quales hodie vulgo nuncupantur, intelligas, sed potius duces, quorum imperio bello septenni Francogalli in Germania paruerunt. Horum igitur res gestas animosque, auctor, ipse, ut videtur, praefectus militum, eo tempore, quo bellum id gestum, ita descripsit, ut eorum adulator minime compareat, sed potius ut vituperator acerrimus, paucos si excipias, v. c. Comitem de S. Germain atque Mareschallum de Broglio. Candide admodum idem iudicat de artibus aulae Francicae istius temporis, concubinae Pompaduriae potissimum.

SECTIO XVI.

§. V.

REGNUM LUDOVICI XVI.

a. 1774 — d. 21 Ianuarii 1793.

Anecdotes. *Anecdotes du Règne de Louis XVI.* à Paris 1776. 12 mai. — Anecdota nulla, certe perpauca, offeruntur. Dimidia enim pars libri altera descriptione pompae inaugurationis novi regis,

regis, altera edictis regiis aliisque ſcriptis publicis occupatur.

Cf. (HALLERUS in) *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1778. p. 311 ſq.

Anecdotes diverſes de Louis XIV, Louis XV et Louis XVI. ibid. 1790. II Voll. in 8. — Et haec collectio inſcriptioni minime reſpondet. Inſunt enim antea maximam partem dudum vulgata, partim et oblivioni iure tradita vilisque pretii variique generis, v. c. epiſtolae, commentarii, cantilenae, ſatirae et epigrammata, cum ſoluta, tum vincta oratione, ſine ullo ordine corraſa, quibus editor nonnunquam notulas, bilem atram haud raro ſapientes, ſubiecit. Anecdotes.

Cf. *Gothaiſche gel. Zeitung.* a. 1790. *Ausländ. Litter.* p. 322 ſq.

Anecdotes du Règne de Louis XVI; contenant tout ce qui concerne ce Monarque, ſa famille et la Reine; les vertus et les vices des perſonnages, qui ont le plus contribué aux évenemens; les Princes, les Miniſtres etc. les Aſſemblées des Notables; l'aſſemblée nationale; des Anecdotes particulières ſur pluſieurs de ſes Membres; avec l'eſprit des principaux Decrets, qui forment la Conſtitution du Royaume, et les paſſages les plus frappans ou les plus curieux de quelques Diſcours prononcés à la Tribune, ou dans diverſes parties du Royaume: les Détails intéreſſans et ſecrets de la Revolution, ainſi que des mouvemens patriotiques ou criminels, qui ont eu lieu dans la plus part des villes, des colonies et poſſeſſions Françoiſes; les évenemens de la dernière guerre; les Etats unis de l'Amérique ſeptentrionale, la Marine, les Finances, l'Adminiſtration judiciaire et militaire; les faits dignes de remarque etc. ibid. 1791. VI Voll. in 12. — Nec haec collectio, ſine ullo dilectu ordine ne-

neve omiſſoque fontium indice corraſa, titulo diffuſo ac magnifico digna videtur.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1792. T. I. p. 486.

Anecdoten. *Anecdoten und Characterzüge aus dem Leben Ludwigs XVI; nach dem Franzöſiſchen frey bearbeitet, und mit dem Bildniſſe dieſes unglücklichen Königs.* Berlin 1793—1795. VIII Partes in 8. (Pars quinta cum ſequentibus epigraphen quoque habet hanc: *Geſchichte der Königin von Frankreich Marie Antoinette, oder Fortſetzung der Anecdoten Ludwigs des XVI).* — Multa e collectione modo commemorata huic illata ſunt; additis aliis ex fontibus puris aeque ac impuris haud indicatis, quae editori fitim non legendi reſtinguendam ullo modo, vel veritatis damno, facere viderentur.

Cf. *Allgemeine Litteraturzeitung* a. 1793. T. III. p. 665 ſq. a. 1794. T. III. p. 132 f.

Lebens - u. Regierungsgeſchichte etc. *Lebens- und Regierungsgeſchichte des unglücklichen Ludwigs des XVI, Königs von Frankreich; nebſt Ueberſicht der großen kirchlichen Revolution und Rückblick in die ältere Geſchichte.* Hamburg 1793—1795. III Voll. in 8. (Idem opus hoc titulo: *Geſchichte der franzöſiſchen Staats-Revolution, aus den Grundurſachen ihrer Entſtehung und ihrer Verbindung mit der ältern Geſchichte Frankreichs, nebſt Darſtellung des Lebens und der Regierung Ludwigs XVI, Königs von Frankreich; ein Leſebuch für unpartheyiſche Weltbürger).* — Auctor nobis ignotus orditur hiſtoriam ſuam inde ab origine dominii Francorum in Gallia breviterque viciſſitudines huius regni ad tempora recentiora percenſet. Copioſior demum fit, ubi res Ludovico XV regnante geſtas, vitam patris Ludovici XVI domeſticam, huiusque regni initium enarrare inſtituit, ſequitur hiſtoria motuum ingen-

gentium, novam faciem Francogalliae conciliantium, ita ut volumen primum finiat die VI m. Octobris a. 1789; ſecundum, invaſione Boruſſorum et Auſtriacorum in Francogalliam; tertium, cauſſa criminali contra Ludovicum XVI mota. Continuatio, dum haec ſcribimus, nondum prodiit. Auctor ſtudium quidem, fontibus fide dignis utendi, oſtendit, lectuque utique digna inde hauſit, nec male eadem concinnavit: ſed partium ſtudio laborat, quum quaque occaſione data in optimates regni acerbiſſime invehatur atque facinora plebis peſſima laudibus ornet. Dictio paſſim valde negligens videtur.

Cf. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. XIX. p. 14—24.
Allgem. Litteraturzeit. a. 1794. T. III. p. 477 ſq.

Pragmatiſche Ueberſicht der Lebens - und Todesſcenen Ludwigs des Sechszehnten, mit ſeinem Schattenriſſe. Braunſchweig 1793. 8. — Liber, ratione et rerum et verborum ineptus. Pragmatiſche Ueberſicht.

Cf. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. XIX. p. 313—316.

Leben und Geſinnungen Ludwigs XVI, Königs von Frankreich. S. l. 1793. 8. — Libellus, ex chartis dubiae fidei conflatus. Leben und Geſinnungen etc.

Cf. ibid. T. XI. p. 448.

Ludwig XVI, letzter König der Franken; eine biographiſche Skizze, mit ſeinem wohlgetroffenen Portrait. Danzig und Thorn 1793. 8. — Declamatio maxime futilis. Ludwig XVI.

Cf. ibid. p. 537.

Leben, Character und Enthauptung Ludwig des 16ten etc. Mit zwey Kupfern und Anhängen. Halle, Berlin, Magdeburg und Naumburg 1793. 8. Editio altera *ibid.* 1794. 8. — Scriptio nullius fere pretii. Leben etc.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1794. T. III. p. 129.

Schil-

ac ſocordia, ut et concilium regni optimatum. Caeterum auctor patronum hominum nobilium et eccleſiaſticorum nimis calidum agere ideoque cum cautione quadam audiendus videtur.

Cf. *Götting. gel. Anzeigen* a. 1795. p. 31 ſq.
Gothaiſche gel. Zeitung a. 1795. p. 252 ſqq.

de S. Germain. *Correſpondance particulière du Comte* DE SAINT-GERMAIN, *Miniſtre et Secrétaire d'Etat de la Guerre, Lieutenant-Général des Armées de France, Feld-Maréchal au ſervice de Danemark, Chevalier de l'Ordre de l'Eléphant, avec M. Paris du Verney, Conſeiller d'Etat. On y a joint la Vie du Comte de Saint-Germain et pluſieurs pièces, qui le concernent.* à Londres 1789. II Voll. in 8. — Magnam voluminis prioris partem occupat narratio de vita rebusque geſtis Sancti Germani, auctore viro rei militaris perito, quo et familiariter uſus eſt, lectu admodum digna et a partium ſtudio abhorrens.*). Commercium epiſtolare ſubſequens incipit inde a d. 30 Sept. a. 1749 finitque d. 24 m. Aprilis a. 1764. Maxima tamen litterarum pars res ab a. 1757 usque ad a. 1760 peractas illuſtrat. Multa quidem ad ſolam Comitis perſonam ſpectant: inſunt autem aeque multa, e quibus conditio rei Francogallorum bellicae eo tempore in Germania triſtiſſima curatius, quam alibi, intelligitur. Additae ſunt relationes de proeliis illuſtribus, v. c. de Rosbacenſi (T. I. p 215—232), ab aliis compoſitae, a Comite tamen notis et caſtigationibus auctae.

Cf.

*) Excerpta copioſa exhibentur in *Goetting. hiſt. Magaz. von* C. Meiners *und* L. T. Spittler T. V. Partic. IV. p. 653—703.

Cf. (SPITTLERUS in) *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1789. p. 1793 — 1797.
Goth. gel. Zeitung a. 1789. p. 313 sqq.
Allgem. Litteraturzeit. a. 1791. T. I. p. 341—344.

Hiſtoire impartiale des évenemens militaires et politiques de la dernière guerre dans les quatre parties du monde; par M. de L. à Paris 1785. III Tomi in 12 mai. — Res per Francogallos maxime bello, inter Magnam Britanniam eiusque colonias in America ſeptentrionali geſto, patratae ita deſcribuntur, ut cauſſa Anglorum ubique peſſima compareat. Nec in aliis narrationibus manifeſto falſa deſunt. de L. Hiſtoire etc.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1785. p. 2046 sqq.

Relation des combats et des événemens de la guerre maritime de 1778 entre la France et l'Angleterre, terminée par un Précis de la guerre préſente, des cauſes de la deſtruction de la marine et des moyens de la rétablir; par M. KERGUELEN. à Paris 1796. 8. — Qui liber nos edocet curatius, quam alii, quibus ex cauſſis res Francogallorum maritima, aevo hoc noſtro, ad incitas paene redacta fuerit. Prior dimidia pars comprehendit diarium huius rei maritimae inde ab a. 1778 usque ad a. 1783; quo tempore iſta omni gloria nondum deſtituta videbatur: poſtea vero eadem ſenſim in peius ruebat. Quibus rationibus reſtitui poſſit, auctor plus una vice privatim docuit, praefecto rei nauticae conſilia ſua ſuggerendo: quibus tamen contemtis, publice eadem hic exhibet. Kerguelen.

Panegyricus Regi noſtro Ludovico XVI iuſſu publico regiis natalibus MDCCLXXXIV dictus a JOH. LAURENTIO BLESSIG, ſacr. diſcipl. Bleſſig.

Profeſſor. *Argentorati* 1784. 4. — Ne accenſeas hunc libellum vulgaribus huius generis ſcriptionibus! Orator enim, nobili ſpiritu affla-tus, quum rebus vere ac decore componendis tum verbis eleganter digneque proferendis, pauca ſi excipias, ſatisfecit.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1786. T. V. p. 599 ſq.

* * *

Scriptores de parricidio in rege Ludovico XVI. perpetrato.

Indicavimus modo libros, in quibus de ſcelere eodem refertur: ſed reſtant ſcriptores, data opera hoc argumentum explicantes, quos nunc ſingulatim recenſere lubet.

Jauffret. *Hiſtoire impartiale du Procès de Louis XVI, ci-devant Roi de François; ou Recueil complet et authentique de tous les Rapports faits à la Convention Nationale, concernant le Procès du ci-devant Roi, des differentes Opinions des Repreſentans du Peuple & des Particuliers, prononcées à la Tribune nationale ou publiées par la voie de l'impreſſion; enfin de toutes les Piéces qui entreront dans l'inſtruction de ce grand Procès, juſqu' au Jugement definitif inclusivement; par* L. F. JAUFFRET, *homme de Loi, Auteur de la Gazette des Tribunaux et Memorial des Corps Adminiſtratifs et Municipaux.* à Paris 1792 —1793. VIII Voll. in 8. *à Lauſanne* 1793. VIII Voll. in 8. — Ingens vis plagularum et libellorum in cauſſa iſta ſeorſim iam typis expreſſorum, repetitione ex parte indignorum, hac collectione ampliſſima continetur. Conſpiciuntur hic potiſſimum opiniones ſive vota ſociorum concilii nationis Francicae ſingulorum in cauſſa hac capitali pronunciata ac primum ſingulas per plagu-

plagulas typis mandata, quorum recenſum egit Girtanner in opere, quod inſcribitur: *Hiſtoriſche Nachrichten und politiſche Betrachtungen über die Franzöſiſche Revolution.* T. X. p. 434 ſqq. Idem ibid. p. 450 ſq. docet, voluminibus iſtis ineſſe ſcripta CXLI.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1793. T. II. p. 565 ſq. a. 1794. T. II. p. 381.

Eadem vota, quae diximus, interpres quidam anonymus *Theotiſce* reddidit hac epigraphe: *Abſtimmungen ſämmtlicher Mitglieder der anmaßlichen franzöſiſchen National-Convention über das Endurtheil Ludwig des Sechszehnten; nach den franzöſiſchen Originalien.* S. l. 1793. 8.

Cf. *ibid.* a. 1793. T. III. p. 665.

Liſte comparative des cinq appels nominaux faits dans les ſéances de 15, 16, 17, 18 *et* 19 *Janvier* 1793 *ſur le Procès de Louis XVI; avec les Declarations que les Deputés ont faites à chacune de ſéances, par ordre des numeros. Suivie de la Declaration de Louis à la Convention, par laquelle il interjette appel à la nation du jugement porté contre lui; et du diſcours prononcé à la barre, par* DESEZE. *Immediatement après le reſultat du ſcrutin, ſur la peine à infliger à Louis; des obſervations de* TRONCHET *et de* LAMOIGNON-MALESHERBES, *ſes defenſeurs; du Teſtament de Louis XVI, et enfin de la relation des* 24 *heures, qui ont précedé ſa mort.* à Paris 1793. 8. — Scripta hic collecta vides, ante in ephemeridibus politicis ſparſim vulgata. Liſte comparative etc.

Cf. *ibid.* a. 1793. p. 382.

Hiſtoire du Procès de Louis XVI, contenant l'Analyſe des Piéces, qui ont ſervi de baſe à ce procès, ainſi que des Opinions prononcées à ce ſujet à la Convention nationale, ou imprimées par ſon ordre, Cordier.

avec l'Interrogatoire, la Defenſe, le Jugement et le Teſtament de Louis; par J. CORDIER, *homme de Loi.* à Paris 1793. 8. — Epitome apte et ſuccincte elaborata ſcriptorum multorum, quorum mentio fit in titulo.

Cf. ibid. p. 381 ſq.

de Seze. *Defenſe de Louis prononcée à la Barre de la Convention Nationale le Mercredi 26 Decembre 1792, l'an premier de la Republique, par le Citoyen* DE SEZE, *l'un de ſes defenſeurs officieux, imprimée par Ordre de la Convention nationale.* à Paris 1793. 8. *Theotiſce* a *Rudolpho Hommelio*, qui et praefationem de iniuſtitia in cauſſa iſta regia patrata praefixit, *Lipſiae* 1793. 8. Alia verſio prodiit *Pariſiis (?)* 1793. 8. — Defenſio quidem egregia, qua regis innocentis cauſſa exterrime agitur, inanis tamen ob pravitatem et improbitatem iudicum, ſimulate tantum defenſionem admittentium. Hiſtoriae cultor parum novi inde reportabit.

Cf. ibid. a. 1793. T. II. p. 564 ſq.

Dugour. *Mémoire juſtificatif pour Louis XVI, ci-devant Roi des François, en réponſe à l'acte d'accuſation qui lui a été lu à la Convention nationale le mardi* 11 *Decembre* 1792, *l'an quatrième de la liberté, et le premier de l'egalité. Par* A. J. DUGOUR. à Paris 1792. 8. *Seconde edition, corrigée et augmentée.* ibid. 1793. 8. *Theotiſce* ex editione altera a *Chriſtiano Andrea Behr*, Gerae 1794. 8. — Demonſtratur in primis innocentia regis ratione tumultus die 10 m. Auguſti a. 1792 per eius hoſtes ita conflati, ut alii perſuaderentur eundem ipſum auctorem illius fuiſſe. Diluuntur et aliae accuſationes cum reſponſionibus regiis ipſis, tum eius cauſſae patronorum.

Cf. ibid. a. 1794. T. II. p. 382.

Neue

Neue allgem. teut. Bibl. T. XVIII. p. 433 sq.

Eiusdem *Collection des meilleurs ouvrages, qui ont été publiés pour la défense de Louis XVI, Roi des François.* à Paris 1793. II Voll. in 8. — Optima re vera, quae in defensionem regis dicta, insunt.

Plaidoyer pour Louis XVI; par M. le Comte de LALLY-TOLENDAL. *à Londres et se trouve* à Paris 1793. 8 mai. *Theotisce*, sed siniſtre, *Lipſ.* 1794. 8. — Inter apologias Ludovici praestantiores eminet haec, ex animo viri pii nobiliſſimique orta. Quamvis enim dictis non admodum polita sit atque rotunda, tamen vis elocutionis eo maior ubique elucet animosque lectorum iustorum movet, iudices regis iniustos movere non potuit. de Lally-Tolendal.

C. *Goth. gel. Zeitung.* a. 1794. *Ausländ. Litt.* p. 212—216.

Allgem. Litteraturzeit. a. 1794. T. III. p. 367 sq.

Neue allgem. teut. Bibl. T. XXIII. p. 59 sqq.

Le Pour et le Contre; recueil complet des opinions prononcées à l'assemblée conventionelle dans le procès de Louis XVI; on y a joint toutes les pièces authentiques de la procédure. à Paris 1793. VII Voll. in 8. Le Pour et Contre.

Cf. GIRTANNER l. c. p. 449.

Unpartheyiſche, vollſtändige und actenmäßige Geſchichte des peinlichen Proceſſes gegen Ludwig XVI, König von Frankreich, von Dr. ERNST LUDWIG POSSELT. Baſel 1793. II Partes in 8. — Quae titulus promittit, liber ipse sancte praestat, animum ab ira et studio alienum, narrationem omnium in causſa ista inaudita rerum gestarum, quantum id tunc temporis fieri potuit, (quapropter auctor iureconsultum magis, quam historicum, agit), usumque litterarum forensium Poſſelt.

omnium ſuper eadem cauſſa vulgatarum, ita u
Germano opus inſtar omnium fere eſſe poſſi
Accedit dictio gravis nobilisque, paſſim paullu
vaga, interdum et putida.

Cf. *Erlang. gel. Zeitung* a. 1793. p. 510 ſqq.
Neue allgem. teut. Bibl. T. XI. p. 296—302.

Vertheidigung. *Vertheidigung ſeiner Königl. Majeſtät Ludw des XVI.* Breslau 1793. 4. — Scriptiuncu parvi momenti.

Ludwig XVI etc. *Ludwig XVI, vor Teutſchlands Richterſtu oder Gemälde aller Greuel und Mishandlungen, d dieſer unglückliche König erduldet hat.* Chemni 1793. 8 mai. — Breviter, nec male, ſed m ſcule delineatur hiſtoria deteſtabilis cum rebi inde a decimo die menſis Auguſti praecede tibus.

Cf. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. XII. p. 86.

Die zwey königl. Märtyrer etc. *Die zwey königlichen Märtyrer oder Charakte ſtik Karls I, Königs von England, und Ludwi des XVI, Königs von Frankreich; ein hiſtoriſc Gemälde, welches zugleich eine Beſchreibung der eng ſchen und franzöſiſchen Revolution enthält. Mit Kupfern.* Heilbronn und Rotenburg 1793. 8. Omnis liber capitibus quatuordecim, quoru 1, 3, 5, 7, 9, 11 et 13 regi Anglico, in dentia vero Francogallico dicata ſunt, abſolv tur. Facta amborum regum ſibi ſimilia diffin liave haud male exponuntur: in delineando men rege Francico auctor non ſibi conſtat: m enim eundem immodice laudat, mox nimiu vituperat. Nec ſtilus eſt aequalis; nam h humi quaſi repentem, ibi ſuper aethera volita tem deprehendas.

Cf. *Allgemeine Litteraturzeitung* a. 1793. T. IV. 126 ſq.
Neue allgem. teut. Bibl. T. XIII. p. 35 ſq.

NECKERUS, regem ſuum e parricidarum fauci- Necker.
bus eripere ſeu eosdem ſaltem mitigare moliens, libellum, quo Ludovici XVI res in ſalutem populi Francici peractas expoſuit, eiusque innocentiam, conatu tamen irrito, demonſtravit, ad eosdem transmiſit ſequentem: *Reflexions preſentées à la Nation françoiſe ſur le Procès intenté à Louis XVI.* S. l. 1792. 8.

Cf. *Allgem. Litteraturzeit.* a. 1793. T. I. p. 45—47.

SECTIO XVII.

Scriptores de ſumma rerum in Francogallia converſione, coepta inde ab a. 1787.

Tantum abeſt, ut lectoribus perſuadere velimus, nos indice ſubſequente immenſam multitudinem librorum ac libellorum, quos aetas noſtra ſuper converſione regni Francogallici mirifica, nondum ad finem perducta, quamque ſummo iure adſtupemus, tulit et adhuc copioſe fert, exhauſiſſe, in ordinem iuſtum redegiſſe riteque deſcripſiſſe, ut potius credamus, largum nos relicturos fuiſſe ſpicilegium, contenti, ſi maiorem ſaltem meſſis huius litterariae partem, ſtudio pertinaci collectam, in horreo noſtro exſtruxiſſe, felicibus nobis contigerit. Praeter JOHANNEM SAMUELEM ERSCHIUM, amicum ſuaviſſimum, qui in catalogo ſcriptorum, artis et induſtriae humanae monimento hucusque unico, cui epigraphe: *Allgemeines Repertorium der Litteratur für die Jahre* 1785 *bis* 1790 (T. II. P. I. Sect. VIII. Nr. 911—1129. atque P. II. Sect. XIII. Nr. 3529—3672.) ſcripta annis tribus vel quatuor prioribus converſionis iſtius in lucem edita, miro ſtudio congeſſit, atque

praeter AUGUSTUM GUILIELMUM REHBERGIUM, qui in ephemeridibus litterariis, quae inſcribuntur: *Allgemeine Litteratur-Zeitung*, haud paucos huc ſpectantes libellos rara ingenii et eruditionis vi recenſuit, easdemque cenſuras in opere a ſe elaborato *(Unterſuchungen über die franzöſiſche Revolution)* paullo emendatius repetiit, neminem, qui nos in tanto labore exantlando ſublevaſſet, inveſtigare potuimus; Age igitur, experiamur, quid valeant humeri, quid ferre recuſent!

A. *Scriptores generales.*

von Kruſe. *Wahre Darſtellung der großen franzöſiſchen Staatsrevolution, in ihrer Entſtehung, ihrem Fortgang und in denen Folgen, welche dieſelbe für Europa und vorzüglich für Teutſchland haben dürfte, mit Beylagen; entworfen von* C. P. v. K. *(Frankfurt am Mayn)* 1791. 8. Editio ſecunda auctior ibid. 1791. 8. Editio tertia aucta et emendata (cui auctor nomen ſuum praefixit: C. (CAROLUS) F. (FRIDERICUS) VON KRUSE, Conſiliarius intimus regiminis Naſſovici quod eſt Wisbadae). ibid. 1792. 8. — Inſcriptionis ſolius gratia ponimus libellum hoc loco. Non enim continet hiſtoriam, eamque puram et integram, ſed potius meditationes conſiliaque ſuper eadem, ſana maximam partem, licet non ab omni partium ſtudio aliena. Merito igitur ſuo multos nactus eſt lectores, plures et in poſterum nacturus, ſi auctori placuerit, varia temporis recentioris eventibus mutata in uſus ſuos convertere.

Cf. *Allgem. teut. Bibl.* T. XCVII. p. 615 ſqq. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. VIII. p. 195 ſq. *Neueſte crit. Nachrichten* a. 1792. p. 250 ſq.

Historische Nachrichten und politische Betrachtungen über die Französische Revolution von CHRISTOPH GIRTANNER. — Berlin 1791 — 1796. XII Voll. in 8 mai. et 8 min. Priorum septem voluminum nova et emendata exstat editio. *ibid.* 1792 — 1795. — Commentarios, titulo bene monente, non vero historiam, scribere aggressus est auctor harum rerum peritissimus. Haec enim, nisi manca nervisque prorsus carens evadere debeat, hoc ipso tempore, quo adhuc opus summo nisu fervet, minime confici potest. Colligi autem, in ordinem quendam animo, quantum fieri potest, partium studio immuni redigi ac historico ad summam perfectionem evehenda porrigi possunt, quae ante oculos quasi posita atque libellis multiplicis generis sparsim oblata conspiciuntur. Et haec Girtannerus indefesso et laudabili studio, narratione facili ac plana utens, nobis praestitisse adhuc videtur. Praemittitur tribus sectionibus descriptio status regni Francogallici, qualis ante turbas, quibus summa imis permiscebantur, fuerat, cum causis harum turbarum. Regis, reginae aliarumque personarum illustrium indoles sine partium studio adumbratur. Intexuntur digressiones super iure publico Francico, Francogallorum commerciis, litterarum artiumque conditione, aliisque rebus, ut non modo casus eventusque rerum, qui plerumque fortuiti sunt, sed ratio etiam causaeque noscantur. Sequitur historia ipsa, inde a sectione quarta, in volumine duodecimo sectioneque vicesima tertia usque ad diem 31 m. Maii a. 1793. deducta, tam copiosa, tam, pro temporis ratione, vera fideque digna, ut hucusque a nullo alio, quantum scimus, scriptore nec in Francogallia nec extra eandem, tra- Girtanner.

dita fuerit. In tantis procellis, ut ita dicamus, hiſtoricis auctor, tyrannidis regiae aeque ac plebeiae oſor, medium tenere viriliter, nec prorſus infeliciter, nititur. Chartae celebriores, v. c. novae regni conſtitutiones, integrae ſuis locis exhibentur, certe earum capita praecipua recenſentur. Inde a volumine quarto auctor iuſto diffuſior paulloque negligentior fieri videtur.

Cf. (SPITTLERUS in) *Goetting. gel. Anzeigen.* a. 1791. p. 1137—1145. *Allgemeine teut. Bibl.* T. CIV. p. 486 ſq. T. CXVI. p. 542. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. X. p. 463—466. T. XXIV. p. 400 ſq. *Neueſte critiſche Nachrichten* a. 1791. p. 171 ſqq. p. 241—244. p. 409—412. a. 1792. p. 265 ſqq. p. 411 ſqq. a. 1793. p. 331 ſq. p. 405 ſq. a. 1794. p. 243 ſq. a. 1795. p. 6 ſqq. p. 281 ſq.

Apperçu hiſtorique. *Apperçu hiſtorique de la Révolution françoiſe depuis ſon commencement juſqu' à l'année* 1792. à Londres 1792. 8. — Breviter, nec inlucunde, at propenſius iuſto in optimates ac ſacerdotes, auctor viciſſitudines Francogalliae usque in annum 1793 narrat.

Cf. *Gothaiſche gel. Zeitung.* a. 1793. *Ausländ. Litter.* p. 373 ſq.

Faſtes etc. *Les Faſtes de la Republique Françoiſe; Ouvrage orné de gravures etc.* à Paris 1793. II Tomi in 12. — Tomus prior hiſtoriam inde a die decimo menſis Auguſti, quo Ludovico regi Senatus Conſulto imperium abrogabatur, ipſeque cum ſuis captivus in aedes Templariorum deducebatur, usque ad eius caedem exponit ita, ut decreta concilii ordinum regni relationesque rebus civilibus ac bellicis praefectorum exhibeantur. Tomus poſterior chartas varias ſiſtit hiſtoriam anni 1792 illuſtrantes.

Cf. ibid. p. 365.

Unter-

Unterſuchungen über die Franzöſiſche Revolution, Rehberg.
nebſt kritiſchen Nachrichten von den merkwürdigſten Schriften, welche darüber in Frankreich erſchienen ſind; von AUGUST WILHELM REHBERG, *geheimen Canzleyſecretair in Hannover.* Hannover und Osnabrück 1793. II Partes in 8. — Finis operis eſt duplex, quorum prior eo tendit, ut principia conſiliorum diverſorum, ſecundum quae ſtatus Francogalliae mutandus eſſet, examinentur; ex quo negotio eluceſceret, quaenam fovenda et exſequenda, quaenam reiicienda fuiſſent: poſterior, ut omnia in Francia ipſa vulgata ſcripta memorabilia, quae fontium inſtar eſſent, diligenter recenſeantur. Auctor eadem fere antea, ſine nominis ſui mentione, in Ephemeridibus litterariis Jenenſibus, expoſuerat: in hocce autem libro omnia in ordinem iuſtiorem redegit, curatius explicuit, nonnulla inſuper, quae ibidem ſolum attingere poterat, diſtinctius enunciavit. Prior igitur pars quatuor ſectionibus agit de primis principiis ſyſtematis, quod in Francogallia prae aliis locum obtinuit, de principio aequalitatis inter homines civilis iuribusque populi inde oriundis, de forma regni, qualis a. 1791 fuit, de abolitione ordinum regni veterum ac creatione novae eiusdem conditionis; ſubiunctis locis aptis cenſuris libellorum memoratu dignorum. Pars poſterior, obſervationes ſiſtens hiſtoricas, ſectionibus quinque exponit ea, quae conventum ordinum regni praecefferunt, conſilium, regni Anglici ſtatum publicum in Francogallia imitandi, hiſtoriam commutationis rerum in Francia, remediaque, quibus exitio regni caveri potuiſſet, libros atque libellos huc pertinentes, atque hiſtoriam reditum publicorum inde a convocatione ordinum

num regni. Appendix cenſuram librorum n
nullorum extra Francogalliam eo tempore in
cem editorum continet. Minime negari pot
auctorem haud pauca, quae plauſum omni
mereantur, exhibuiſſe dubiaque nonnulla eg
gie explicuiſſe, eundem vero etiam ſtudio c
tra novum rerum in Francia ordinem, hiſtori
non ſatis digno, laborare.

Cf. *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1793. p. 18—23.
Neue allgem. teut. Bibl. T. X. p. 249—264.
Neueſte critiſche Nachrichten a. 1793. p. 161—1
221—223

Unpar-
theyiſche
Geſchich-
te etc. *Unpartheyiſche Geſchichte der franzöſiſchen*
volution, vom Anfange derſelben bis auf den T
der Königin und die Hinrichtung der Deputirten
der Gironde-Parthey; aus dem Engliſchen überſet.
Berlin 1794. II Voll. in 8. — Notitia archety
Anglici nos fugit. Auctor, ſive potius auct
res, laudabili quidem conatu, quantum fi
potuit, partium ſtudium vitarunt, veritatiq
hiſtoricae operam dederunt: a ſummo tam
hiſtoriae culmine longe adhuc abſunt; quod
praeſenti rerum ſtatu, ut nos paullo ante ſtatu
mus, aliter fieri non potuit. Collegerunt aute
non ſolum ex ſcriptis fide dignis res geſtas m
morabiles, ſed etiam collecta examinarunt iud
cioque ſubacto expoſuerunt. In fine operis l
guntur animadverſiones lectu digniſſimae ſup
cauſſis horroris et inhumanitatis inaudita
qua rerum iſta converſio omnes huius gener
alias ſuperat.

Cf. *Neue allgem. teut. Bibl.* T. XX. p. 138—142.

